Hebrei. simul cum Jacob in Aegypto fecerunt. 115. Tricesimo Primo ann. repromissionis natus
est Moyses —
Troianum bellum causa trium mulierum de pulchritudine certantium premium fuit.
una earum Helena Priami tollere subsidia Troia capta est. Exinde origo Fran-
corum fuit. Priamo primam regem habuerunt. Postea per storiarum libros scriptum est
qualiter habuerunt gerefrigie postea partiti sunt in duarum partibus. Una pars perrexit
in Macedonia vocati sunt. Macedones. secundum populum a quem recepti sunt et
regione Macedonis quasi obprimebantur a gentes vicinas invitati ab ipsis fuerunt
ut eis preberent auxilium. Per quos postea cum subjuncti in plurima procreatione
crevissent et ipso genere Macedones appellati fortissimi pugnatores effecti sunt.
Quod postremam in diebus Philippi regis et Alexandri filii sui fama confirmant
illorum fortitudinem. quales fuerunt. Nam et illa alia pars quod de Frigia
processit ab Ulixo per fraude decepti tamen non captivati nisi exinde ejecti
per multis regionibus pervacantes cum uxoribus et liberis. electum a se regem
Francionem in bellum fuisse fertur. Et multo tempore cum plurimis genti-
bus pugna. gerens partem Asiae vastans in Europam dirigens inter Renum et
Danuvium et mare consedit. Ibique mortuo Francionem cum iam per praelia
tantaque gesserunt parva ex ipsis manus remanserat duces restituerunt. At-
tamen semper alterius dictioni negantes multum post tempore cum ducibus
transigerunt usque ad tempore Pompegi consolis. qui et cum ipsis dimigans
seu et cum reliquis gentes. Macedonum que in Germania habitabant. totas dic-
ioni subdidit Romano imperio. &c.